T. QUINTIUS ATTA

Epigrammata

praeterea fusus resoluta crine capillus.

PAPINI EPIGRAMMATION

Ridiculum est cum te cascam tua dicit amica,
fili Potoni, sesquisenex puerum.
dic rusum pusam :sic fiet 'mutua muli',
nam vere pusus tu, tua amica senex.

POMPILI EPIGRAMMA

Pacui discipulus dicor. Porro is fuit Enni,
Ennius Musarum. Pompilius clueor.

VALERI AEDITUI EPIGRAMMATA

1 Dicere cum conor curam tibi, Pamphila, cordis,
quid mi abs te quaeram, verba labris abeunt,
per pectus manat subito ⟨subido⟩ mihi sudor:
sic tacitus, subidus, dum pudeo, pereo.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id403911346/48 UNIVERSITÄT LEIPZIG